



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. XLI. Bulla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Stri posthabito, eoq; rem deducit, ut veluti de Mercurio nationes reliquæ veteres intelligebant, per Genitales nos quoque Sermonem accipiamus, qui quidem tunc exerceri debet, cum spes profectus aliqua visa fuerit affulgere, sceturamq; minime irritam futuram. Cum vero nos nulla profectus spes invitavit, sed a versas a bono aures, aversa hominum ingenia prospexerimus, Campestria subliganda, orationis quippe nihil quicquam profutura frænum imponendum. Sunt vero Campestria, perizomata, ut Eucherius, quibus juvenes qui nudi exercebantur, in campo, uti consueverunt, pudendis cooperiendis. Jam & illud continentie significatum est maxime proprium, & admodum hieroglyphicum nisi oculos verecundiorum offenderet, quo pudendum fibula cohibitum ostentatur. Utatissimum autem apud veteres fibulam apponere, præcipue his, quos ad Musicam educarent, ne scilicet Veneri operam dantes raucedinem contraherent. Unde & fibulare, & ejus contrarium, refibulare, verba.

Campestria  
quid.  
Hujus rei  
rationem  
reddidit Cor.  
Celsus l. 7.

## RERUM PROGRESSUS PER CALCEUM.

## CAP. IV.

B Sed neque calceus est inter indumenta contemnendus, qui progressionis indicium est: pro viatoribus enim excogitata sunt calceamenta, proque expeditionum auspiciis in Divinis literis calceamentum ponitur. Inde Psalmo lx. dictum voluit: *In Idumæam extendam calceamentum meum.* hoc est, in Idumæam progressus, eam mihi subiciam. Sane veteres Theologi, ut Eucherius tradit, veluti per pedes humanitatem Christi significari dicunt, ita eum advenisse, & corpus nostrum induisse, per calceamentum ita porrectum interpretantur, & quod positum est, in Idumæam, in plerumque gentium hanc manifestatum iri pollicentur. Quod quidem dictum, Jane mi, Ægidius noster cum tempora, quibus hæc futura sint, dinumerasset, rem multis divinatorum vatum oraculis comprobavit. Reliquum est, ut quæ futura ille magnus omnino vir prædixit, nos assiduis precibus, ab Optimo Maximo fatorum Rege deprecamur, ut tu argumentum habeas ingenio tuo dignum, quod scriptis illustrare aggrediaris.

Calceus in  
Divinis  
quid.  
Et pro de-  
missione  
conditionis  
ex testimo-  
nio D. Jo.  
Baptista.

JOANNIS PIERII VALERIANI  
HIEROGLYPHICORUM  
LIBER XXI.

DE HIS QUÆ PER BULLAM, ANULUM,  
INSIGNIORES ALIQUOT GEMMAS, ET  
gestamina quædam significantur,

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD ORNATISS. PATRITIUM VENETUM JO. CORNELIUM FANTINI CLARISSIMI F.

C Um primum intellexi, Magnificentissime Joannes, te præstantissimi viri Aloisii Cornelii generum effectum, clarissima quippe Clara ejus Filia in uxorem accepta, statim Venetias ad volavi, de tam felici matrimonio tibi eorum gratulaturus. Inveni vero domum totam exultantem gaudio, & auspiciatissimis nuptiis bona commodaque omnia ominantem, te vero cum insitoribus agere de multo-bri mundo, de bulla aliqua pereleganti, aureoque torque, & anulo pronubo, in quo non splendorem tantum, sed & pulcherrimum aliquod signum, quod antiquitatem saperet, quaritabas: ideoque adventu meo lacatus, super bis multa interrogare capisti, quod circa rerum hujusmodi cognitionem me diu versatum noras, de quibus cum multa dicta fuissent, longeque plurima dicenda essent, rogasti me, ut per otium ea scripta tibi traderem, ut hæc quietius examinares. Bullam autem præcipue petebas, anulumq;

anulumque cum gemma aliqua insigniori, praeclaraque antiquorum opera, qua non temere olim & magistratibus, & iis qui fortiter aut sapienter se gesserunt, honori fuerint condonata. Hac igitur ego quoque per otium in unum tibi congeffi commentarium. Quid enim ego antiquissimus domus tua cliens negare potuissem, quod tu tam honeste posteres. quodque ad ingenii tui elegantiam facere mihi videretur? Antiquissima enim est imaginum disciplina, & gentibus omnibus qua ingenii & eruditione claruere, in primo semper honore habita. Idem de Regiis, de Romanorum fuscibus, de sella, deq; ornamentis aliis dici potest, cuius potissimum rei ratio ab Aegyptiis primum desumpta, reliquis mox nationibus communicata. Valis itaque, ut pars hac meum erga te studium, amorem, observantiamq; declararet: eo enim consilio scripsi, ut haec qualiacumq; sint, istiusmodi erga te cultus testimonium essent manifestum. Ingrati siquidem amicus esset, non assidue esse memorem beneficiorum, qua in me domumq; meam universam, clarissimus pater tuus Fantinus pater tuus summam viri integritatis assidue contulit, qua quidem e memoria vitae, me a numquam evellentur. Accedit ad haec, quod tu quoq; iure quodam bene ditario eadem benignitate patrocinium erga nos idem suscepisti, meq; praecipue vel a teneris utriusq; nostrum unguiculis in amicitiam tuam acceptatione dicam, an in domo tua compertum, fovere, ac omni officiorum genere prosequi numquam desisti, disciplinam liberalitatemq; eam, quam a patre sapientissimo atq; optimo viro acceperas, egregie consecutus. Auxerunt autem tot merita summum ingenium tuum, suavissimiq; mores, probitas dubio procul singularis, qua ut te semper mirabiliter & amarem & colerem, effecerunt: nam & tu aliquid dignum maiorum tuorum gloria cogitas: futurumq; est, ut inde virtutis etiam tuae lumen elucescat. Sed quoniam tam clarae sunt laudes tuae, ut meo non indigeant testimonio, eaq; suapte vi omnibus innotescunt, iis nunc dimissis ad negotium quod explicari quavis, accingamur.

## DE BULLA. CAP. I.

Bulla commendatio.  
Hac à D.  
Laërtio in  
eiusdem  
vita.

Bullam apud Romanos cordis effigiem habuisse, multi profitentur. Hetruscorum sanè gestamen illud ab Lucumone Hetrusco duce, quem Romulus tam condendae quam instituentiae urbis socium, habuit acceptum. Eum vero Pythagoricum fuisse Aufonius ostendit, ubi Samii Lucumonis acumen celebrat. Sedenim Pythagoram Tyrrenum fuisse, Aristoxenus, Aristarchus & Theopompus asseverant, quod Theodoretus id ipsum sentiens authores habet, quamvis unus Neanthes eum Tyrium fuisse suspicetur. Multa vero huiusmodi excogitata sunt à Pythagora: quia non solum originatione motus, quod multa olim in Hetruria civitates ab Aegyptiis fundatae constitutaeq; dicuntur, sed quod ipsos etiam Aegyptios adierit, à quibus sacri sermonis rationem, obscuritatem in loquendo symbolicam, & disciplinas alias reportavit. Cur vero Samium nonnulli eam fuisse dixerint, alibi disputatum.

## CORDE PRÆSTANDUM. CAP. II.

Idem Macrobius lib. 1.  
Saturn. c. 6.

Rat vero apud Romanos gestaminis huius hieroglyphicum significatum, ut ingenui pueri figuram huiusmodi de collo suspensam ante pectus inspicientes, se tum demum homines futuros cogitarent, si corde praestarent. Ideoque Tarquini Prisci filium, quatuordecim non amplius annos natum, virili edito facinore, hoste quippe in acie caeso, Bulla primum omnium ea aetate donatum ajunt, quamvis & Herfiliæ filium adhuc infantulum, quod primus ex raptis conjugibus ortus esset, eo gestamine decoratum, proditum sit: puerumque Papyrium ob tacendi simulandique peritiam, qua in eludenda matris importunitate, qua Senatus ab eo secreta perscrutabatur, usus est, maxime nobilitatum.



Bulla estymon.

Sunt autem qui vocis secuti significatum,  $\delta\omicron\tau\omicron\ \tau\eta\varsigma\ \beta\omicron\lambda\lambda\eta\varsigma$ , id est, à consilio Bullam dici voluerunt, ideoq; datam pueris gestandam: quod aetas ea ulterius sit consilio regenda. Puerile enim omnino gestamen fuisse Persiani ad Cornutum versus ostendunt:

Cum primum pavido custos mihi purpura cessit,  
Bullaque succinctis laribus donata pependit.

Satyr. 5.

Apertius vero Tullius, Verrinis: *Bulla in toga prae-texta erat ornamentum pueritiae, indicium atque insignis fortunae.*

CONSILIUM. CAP. III.

**A**lii significare voluisse dicunt, consilium a peccatore proficisci, ideoque Bullae hieroglyphicum in eam partem referre. De consilio vero per figuram Cordis a gutture pendente expresso, in Cordis ipsius Commentario satis disputatum.

*Vel quod Bulla vel Bullam sit Bullae affine.*

VERITAS. CAP. IV.

**A**Egyptii sane cum veritatem ex humano corde gutturi appenso *ἰεργλυφικῶς* indicari dicunt, Bullam hanc intelligunt, insignemque sane hoc gestamine praedicant iudicem illum, quem in Simandii monumentis fuisse tradunt, cujus a collo suspensa veritas penderet, oculisque esset in sinum dejectis, octo legum libris circumstantibus, quod nos admonere dicunt, Judices integros esse debere, & solum inspicere veritatem. Quod vero esset compendiosum veritatis hieroglyphicum, nulum Corde ipso commodius invenimus. Adamantius ubi Ezechielis dictum illud interpretatur, *Et Ezech. c. 17. catena circa collum tuum: Si me, inquit, posteaquam iustitiae opus adimplevero, intellectus ornabit veritatis, tunc mihi ornamentum nuptiale, tunc catena collo decora circumdatur.* Nam & Platonicus, qui iustitiam volunt actionem esse quandam animae propriam, ei locum etiam circa pectus attribuunt. Nos vero cum veritatem esse quid ingenuum, & mendacium servile quiddam addiderimus, *ἰλαυθῆς γὰρ ἀνδρῶν, τ' ἀληθῆ λέγειν, Ingenui opus viri est, ut vera proferat,* eamque Bullam ingenuos tantum gestare solitos, quid illud fuerit gestaminis, quod veritatis indicium a collo penderet, praeterquam Bullam hanc, suspicari nequimus. Sane Diodorus signum id variis ornatum gemmis fuisse profertur. Levitico etiam, ubi de Pontificis ornatu agitur, veritatis signum invenias in pectus incubuisse, de quo alibi suo loco diximus. Sed & Salomonis dicitur cap. 111. veritatem gutturi circumdare commonemur.

INVIDIAE AMULETUM. CAP. V.

**C**Rat & triumphantium gestamen Bulla, quam in triumphis praese gestabant, inclusis in eam remediis, quae adversus invidiam pollere credebantur. Illud adnotandum ex Asconio, Bullam suspendi in collo infantibus, ingenuis auream, invenio etiam apud alios argenteam, libertinis vero scorteam, esse solitum, ut illud apud Juvenalem aperitur, *Signum de paupere loro.* Sane nostrae etiam aetatis mos est, ut si quis torquem aureum, catellamve gestare voluerit, neque tamen equestri, vel, ut ajunt, militari, aut alia quapiam dignitate, cui gestamen illud competat sit insignitus, ligulam ex loro gestamini ejusmodi alligare compellatur.



*Bulla triumphantium gestamen.*

*Observatio gestaminis torquis aurei.*

GLORIOSUS. CAP. VI.

**N**eque tamen ubique Bullae nomen pro gestamine accipiendum, sed & pro baltheorum, & forium, & aliarum plurimarum rerum ornamentis, unde pars haec pro gloria fastuque ponitur, ubi quis non aliter gloria turgescere videatur, quam Bullae ipsae inturgescerentis cujusdam figurae speciem praese ferunt. Unde dixit Persius:

*Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis  
Pagina turgescat.*

*Sumpta Metaphora  
Dicitur tunc  
προφθέρων.*

Id quod alia metaphora alibi dixit, *Ad populum phaleras.* Bullae autem in zonarum ornamentis tanquam clavi affixae baltheis dedere nomen, quasi Bullatei vocentur. Et clayorum capita tumentiora, qualia templorum, & privatarum aliquot a dium valvis ornamentis causa affigi solent, Bullae nuncupantur: quas Cicero ait, Verrem, quaecumque aureae essent, omnes auferre non dubitasse. Et apud Plautum

Plautum

Plautum in Afnaria, Leonida servus in Atriani Sauria persona, *Justini*, inquit *in splendorem dari velas has foribus nostris?* Idque nominis est similitudine inde sumpta, quod perquam similia sunt buccis, quas aqua in aquam decidua sufficit.

## HUMANA FRAGILITAS. CAP. VII.

Πομφό-  
λοξὸ ἀν-  
θρώπου.

Quoniam vero tumorculi illi perexigui, qui stillicidiis in aqua fiunt, cito prætereunt, ad humana vitæ fragilitatem ostendendam hieroglyphicum factum est proverbium, *Homo bulla*, cuius meminit Varro libro de re rustica primo: quamvis nonnulli de iis tantum dictum volunt, qui iam faturi annis prope casuri sunt, & morituri.

## DE ANULO.

## FIDES. CAP. VIII.

Anuli usus  
apud veteres.

Contra hunc  
Macrob.  
Saturn. lib. 3.  
c. 15. A pice  
Orata.

Præcipuum anuli significatum hieroglyphicumque verum, ingenui hominis fidem indicare: quædoquidem anulum veteres non ornatus, sed signandi causa circumferebant, nec plus habere quam unum licebat: quamvis laudatissimum ejusmodi morem, succrescente postmodum luxu & divitiarum ostentatione, delictiosi populi labes violavit. Scimus enim invidiosum Sergio cuidam, nobili alioqui viro, cognomen additum, ut Orata diceretur, propterea quod duobus anulis aureis & grandibus uteretur: vulgus enim aurum, orum, ut nunc passim dicitur, enunciabat. Sed erat hoc ad gemmarum etiam ostentationem, quarum mox luxus crevit in immensum. Nam signum in uno tantum habere permittebatur, nec cuiquam nisi libero, quos solos fides decerneret, quæ signaculo contineretur. In Divinis quoque literis anulus est fidei signum, quo spectare Evangelicum illud Theologi ajunt, *Date anulum in manum ejus*, & quod Psalm. legitur: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. Nam & Paulus ultimo Digestorum, anulum hujusmodi signatorium inter ornamenta recenserit negat. De hoc Cic. ad Q. Fratrem, *Sit*, inquit, *anulus tuus non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ*. Sane apud veteres testamentorum tabulæ, septem testium signis anularibus ornabantur, quæ facti testamenti fidem facerent. Quod vero servis atque libertis jus anulorum negaretur, quo tamen impetrato ingenuitas simul impetrata intelligeretur, ut Digestorum lib. Papinianus, Neratius, Paulus & Ulpianus ostendere. Hic vero quasivisti à me, quid sibi vellet in scena anuli aurei legatus usus, quo non alibi, quam in scena liceret uti. Respondi, locum eum ex Pandectis desumptum esse, sed fecidissime viciatum eorum imperitia qui literas numquam attigerant. Nam quod vulgata habent exemplaria, *Proinde etsi scenicæ vestis usus fructus legetur, aut anuli auri, vel alterius apparatus, alibi, quam in scena non utetur*, legendum ex antiquissimo Pisano codice qui Florentiæ custo ditur: *Proinde si scenicæ vestis usus fructus legetur, vel aulæ, vel alterius apparatus, alibi quam in scena non utetur*. Habes enim vestem scenicam, habes aulæ, habes reliquum apparatus. Ac de aulæ hujusmodi apud Horatium legas. *Auditoris egent aulæ manentis*, in hujusmodi ornatus scenici significatum.

## COR. CAP. IX.

Hæc à Macro-  
bio i. Sa-  
tur. 7. c. 13.  
Digitus a-  
nularis cur  
anulo ha-  
necatus.

Sed hæc utcumque habeant, illud manifestum est digito qui minimo lavæ proximus est, anuli gestandi munus demandatum, eaque de causa nomen illi inditum Anulari: erat enim is cordis indicium, ideoque institutum ab Ægyptiis, ut anulo tanquam corona honestaretur. Eundem Sacerdotes, ad deorum aras operantes confectis adoribus illinebant, idque propterea fieri solitum ajunt, quod dissectionum peritū nervulum quendam à corde natum per dorsum ad eum tendere, & in eo desinere compererint. Sane solebant in hujusmodi anulus eorum etiam imagines fieri, quorum memoriâ colerent & observarent, quod eos sibi præcipue cordi esse, qui eas gerebant, cum quadam etiam ambitione omnibus ostentarent. Unde Cicero lib. de Finibus, Epicuri studiosos memorans: *Epicuri imaginem*, inquit, *non modo in tabulis, sed etiam in poculis & in anellis habebant*.

IGNAVIA HONORATA. CAP. X.

A Lii putant anulum in hunc digitum immisum, ne aurum tam facile obtereretur. Ignavissimum enim esse eum inter omnes digitos, manifestum est, ideoque ad auri & gemmarum incolumitatem aptior videtur. Non enim exporrigi sine aliorum comitatu potest, unde minus attritui obnoxius est. Itaque non defunt qui per eum digitum anulo honestatum, honores ignavo cuiquam habitos interpretari velint. Sed quantum pertinet ad locum subsecuta aetas nihil interesse indicavit, quo gestaretur articulo, sed ut quisque vellet, quacumque manu, quoque liberet digito, ferre permisum est.

*Idem fera  
Macrob.  
Ibidem.*

NOBILITAS. CAP. XI.

Sed utcumque illi philosophentur, apud Romanos anulus omnino signum nobilitatis fuit: nam ut apud Livium libro secundi belli Punici tertio, Mago, qui Cannensis victoriae nuncius Carthaginiensis missus erat, post rerum gestarum seriem enarratam, ad rerum tam letarum fidem effundi iussit in vestibulo Curiae ingentem illum anulorum aureorum acervum: deinde verbis adjecit, quo majoris cladis indicium esset, neminem nisi Equitem, atque ipsorum primores, insigne id gestare. Et in calce noni ab Urbe condita: *Tantum*, inquit, *Flavii comitia indignitatis habuere, ut plerique nobilium anulos aureos & phaleras deponerent.* Et ubi Cicero oratione quarta obicit Verri, quod indignissimos in concione anulis aureis donasset, *Honori*, ait Asconius, *& lucro sunt, ut hasta, vexilla, phalera, corona civica, item anuli aurei ingenuitatis signa.*

*Nimirum  
equestru-*

DE DIADEMATE. CAP. XII.

A Banulis & gemmis, casu nescio quo, ad diadema progressum est, quo in sermone, quod fasciam esse diadema dicerem, & in numis aliquot eam gemmatam ostenderem, admirari videbare, cuius rei fidem affererebam, Aegyptios Sacerdotes, si principem hominem ostendere voluissent, hieroglyphicè Canem solitos facere fascia velatum, de quo ad Florium loco suo plura.

*Uti quod à  
diadema,  
circumligo.*

REGIA POTESTAS. CAP. XIII.

Idem Regiae potestatis significatum à fascia etiam apud Romanos acceptum, exemplis tibi plurimis confirmavi. Apud Ammianum enim Pompejo legimus obiectum ab obtrektoribus, quod esset rerum novarum cupidus, & Regiae majestatis affectaret insignia, quia crus fasciola candida obligatū, tegendi ulceris causa, gesta verit aliquamdiu: nihil enim interesse, jaçitabat illi, quam quis partem corporis redimiret Regiae majestatis insigni. Nam & Favonius, ut Valerius ait, dicere solebat, nihil referre, qua in parte corporis sit diadema, cum ita Pompejum eundem carperet. Eoque Seneca sententia nimirum spectat, ubi dicit: *Fasciam solve, multum enim mali sub illa latet.* Libro de Alexandri virtute Phutarchus ait, Tigranem Armenium candidam fasciam, quod insigne regni est, ad Pompeji pedes abiecit, regnumque foedisime depositum in praedam concessisse. Cujusmodi vero esset ornamentum hoc in numis vidimus in quibus ejus Regis caput impressum est, cum inscriptione, *ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΙΓΡΑΝΟΥ*, ab cujus altera parte hostem ipse prostratum calcat, palmamque dextera praetendens, hosti sceptrum sustollere videtur. Ibi vero diadema ita figuratum est, praeter fascia opere Phrygio, floribus & alutibus superadditis, elaborata, à fronte ad occipitum circumdetur, duaeque à temporibus hinc inde tapiae, ipsae quoque à medio deorsum scissae in humeros usque dependeant, gemmis per omnem marginem bacchantibus. Et Cidarini Regis Persarum insigne, quod Darius capite gestabat, caerulea fascia albo distincta circumibat. Ad diadema vero facere fasciam, Antigoni dicitur indicat, usurpatum à Seneca. Ille enim vetulae cuiquam felicitatem ejus admiranti respondit, *Si nosset, o mater, quanta quovis mala panni frustum hoc obregat (diadema commonstrans) illud quidè vel è Antigoni sumo tollere minimè dignaretur.* Sane eum Caesaris imagini quidam ex adulatorum numero, ut Appiani more loquar, coronam auream candida fascia praefigatam imposuisset, Tribuni Epidius Myrillus Cefetivusque Flavius, ut apud Tranquillum est, coronae fasciam detrahi jusserunt, hominemque qui id fecerat, Caesarem duci

*Idem apud  
Plutarchum  
in Pompejo.*

*Lib. 7. c. 11.*

*Novissime  
quoque Imp.  
Graeci co-  
tribunū pro  
diademate  
habuere.*

*Diadema-  
ris descri-  
ptio.*

*Antigoni  
diademum  
& scissum  
Myrilli in  
Caesarem.*

Sueton. in  
Jul. Caesare  
c. 79.

duci in vincula mandarunt, simulantes & in hoc Caesari rem gratam facere, qui ad Regni mentionem subirauci confueverat atque iis, qui aliquando eum circa portas regem salutassent, cum populum vocem eam indigne ferre atque ingemiscere animadvertisset, responderit, se Caesarem esse non Regem, quasi illi ad nomen eius aberassent: cum tamen Myrilli factum adeo aegre tulerit ut in Senatu graviter conqueustus insidias sibi strui per Myrillum, qui calumniam affectatam ab se tyrannidis astute commentus esset: cumque eum morte dignum censeret, id demum obtinuit, ut magistratu privaretur, senatusque summo veretur. Quod si quis adhuc dubitet diadema fasciam fuisse: qua principatus insigni Reges uti soliti sunt, si quae retulimus ambiguum quidpiam habent, illud aperte dilucide declaravit, quod super Alexandro Macedone fertur olim eum diadema sibi dempsisse, causa vulneris alligandi, quo Lyfimachus in fronte vulneratus fuerat, quod auspiciis Regalis potestatis Lyfimacho fuisse rerum scriptores prodidere. Tradunt vero Graeci, fasciam huiusmodi candidam pro insigni Regum esse, & a Libero patre fuisse primum institutam.

## VICTORIA. CAP. XIV.

Corinna  
puella fascia  
data.

Adem fascia in victoriae significatum nonnumquam adhibita, ut quae Corinnae puellae poetis studiis clarissima, data capiti fascia traditur, quod Pindarum Thebis melico certamine superaverit: ejus enim picturam capite tania victo, hieroglyphicum dubio procul huiusmodi victoriae argumentum, in Tanagraeorum gymnasio fuisse Pausanias auctor est. In quo tamen, ut illi victoriam, ita nos principatum interpretari possumus. Nimirum fuit haec Corinna illa, de qua Propertius noster,

*Et sua cum antiqua committit scripta Corinna.*

Et in vulgatis à Jo. Lascari antiquorum epigrammatis:

*Καίσι κόρηννα θύραν ἀθηνάϊης ἀσπίδα μελψαμένην.*

Unde nos in nugis nostris puerilibus: *Inclita, quae Minerva clypeum canit Corinna.* Quod vero gestaminis huius inventum Libero patri, Graeci adscribere voluerunt, manifestum est Aegyptios eo multo ante usos, neque in cane tantum, sed in aliis quoque simulachris, ut in Isis tanus, alio Commentario latius declaravimus.

## DE TITULO. CAP. XV.

Erant & aniculi sive redimiculi species, cui nomen Tutulo prius, mox Titulo fecerunt: ornamentum quippe capitis in sublime surgens, purpurea vita redimitum, instar conii, galericorum.

## SACERDOS. CAP. XVI.

Mitra.

Est Sacerdotium hieroglyphicè significabant. Quin & uxores & ministræ Flaminis, eo erant gestamine insignes. Petronius ait Titulum à Numa Rege factum, fuisseque palliolum ex lino, quo Sacerdotes in sacris uterentur. Alii per Titulum mitras sive fascias accipiunt, quorum usus esset Sacerdotibus ad ornamentum, non illæ tamen otiose, neque temere appositæ, cum sua præ se ferant significata. *κίθαριον* Eucherius pileum Sacerdotalem ait ex bysso, quem Graeci & nostri Tiaram dicunt, quidam etiam Mitram vocant, eamque incorruptam dicit Apollonius, cum integram & incolorem intelligit pudiciam, propter fascias scilicet quibus id gestaminis præligatur. Utcumque, ornamentum hoc capitis Hierosolymitanus Hesy chius interpretatur, sapientiae signum est: propterea quod in capite cerebrum sapientiae organum habetur. Sed antiquioris illius Tituli species hodie quoque in usu est sub Regni nomine, quo quidem Pont. Maximi caput, maximis quibusque sacrorum solemnitatibus insignitur, & ut summa ejus potestas eo gestamine significetur, triplici fascia auro, gemmisque ditissima, ornamentum illud redimitum conspicitur. Sed apud Hebraeos nullum venerabilius gestamen erat, quam Petalum, aurea lamina in fronte Pontificis, quæ Dei nomen illud, quod nulla lingua mortali enunciari potest, quatuor Hebraeis literis scriptum præferebat, quod Tetragrammaton adhuc appellant.

Petalum  
Hebraeorum.

REGLA

## REGIA CLARITAS. CAP. XVII.

**A** N antiquissimis Ægyptiorum monumentis cernere est mulierem quandam tribus Regiis caput insignitam. Significare ajunt id, eam regis filiam, regis uxorem, ac regis matrem fuisse. Ea vero Simandii clarissimi Regis mater fuit, de qua scriptores rerum plurima: quorum si nos diligentiam sequeremur, tale aliquid in Blancam Philippi Magni Mediolanensem Ducis filiam diceremus, quæ Francisco Ducinupfit, quæ Galeatium Ducem genuit, de qua cultissimum extat Epitaphium à doctissimo ejus temporis viro Bartholomæo Lampridio, Lyrici nostri clarissimi patruo editum. Id est hujusmodi:

*Tres Italos proceres terris ego Blanca Latinis  
Esse duces vidi, filia, nupta, parens.*



*Spiriam  
tamen.*

**B** In aliis Ægyptiorum Regiis varias gestaminum formas inspicias, quæ Regum capitibus imponerentur. Leonis quippe, aut Tauri, aut Lupi, aut alterius cujusque feræ priores partes, Draconum etiam capita, insignia principatus, pro virtutis aut operum conditione, quo quisque in argumento clarum aliquid facinus edidisset, quoque rerum studio teneretur, quorum quidem significata de simplicibus eorum Commentariis, quæ conscripsimus, requirenda sunt. Neque vero sum nescius, coria Serpentum plerisque populis tegumentorum bellicorum usum præstitisse, quibus plurimum Amazones in Lybia uti solitæ, unde quod nonnulli tradunt, Medusæ figmentum emanarit.

## PALLAS. CAP. XVIII.

**S**ane Phidias Draconem Palladi apposuisse perhibetur, quod cum optime caleret Maro, Dracones illos geminos à Tenedo in terram elapsos, post facinus in Laocoonta & ejus liberos perpetratum, ad summa Palladi delubra confugisse dicit, sub pedibusque dæ, clypeique sub orbe locum tutelæ sibi delegisse. Quod ut manifestius intelligatur, operæ pretium est, quæ Pausanias de simulacro Palladis tradidit, explicare. Ait enim simulacrum Minervæ Athenis fuisse talari veste, Medusæ capite eburno pectus obtegente, cum victoria, cubitorum quatuor, & hasta in manu, ad pedes vero clypeus appositus erat, juxta hastam Draco obvolutus cernebatur, quem Erichthonium suspicabatur esse. In basi, quæ statuam sustentabat, Pandoræ historia sculpta erat, quæ mulierum omnium prima fuisse traditur ab Hesiodo, & in ultionem surrepti ignis, in humani generis perditionem, emissa.

## PROTEUS. CAP. XIX.

**I**nter insignia reliqua spectare est nonnumquam arborem, nonnumquam ignem flammulis promiscantem, quandoque flores, quandoque plumas in varias cristarum species dispositas, quæ modo ad decorem, modo ad stuporem comparabantur. Quibus cum Proteus Ægypti Rex nominatissimus varie uteretur, datus est fabulæ locus, ut in tot se vultus commutaret. Quamvis non sum nescius Protei figmentum in longe feciorem intellectum ab antiquis interpretibus acceptum.

*Hinc Proteus  
mutabilior,  
proverbiū.  
hunc tamen  
Plato Euthy-  
demo ait  
Ægyptium  
Sophistam.  
Protei sym-  
bolum.*

## VERITAS. CAP. XX.

**Q**uippe qui per ejusmodi fabulam, si quis hieroglyphici locutionem abhorreat, difficultatem quam ostendi dicant, quam in assequenda veritate rerum experimur: tot sunt quæ nos eludunt species, sophistarum decipulæ, atque subterfugia Dialecticorum posita, quæ veritatis speciem præse ferant, Orationum inductiones atque foritæ multis argumentorum acervis in immensum congestæ, ut multum diuque laborandum sit, anteaquam Proteus ipse humana, hoc est, vera se facie spectandum exhibeat.

## INSIGNIUM CAUSÆ. CAP. XXI.

**A**junt vero nonnulli, insignia hæc ideo prius olim excogitata, ut Principis & ductoris sui ordinem milites in bello servarent: quibus vero res prospere successerat, animal consecrasse, cujus auspiciis

spiciis victor evasisset: cum animalia singula singulis geniiis & cœlorum virtutibus credita, persua-  
sum haberent, quos omni cultu sibi propitiōs reddere, & servare curabant, cuius aliquando numen  
voti compotes explorassent. Quam opinionem magnus etiam Jamblichus, ac plerique alii Platonicæ  
factionis proceres enixissime fovere contendunt: esse quendam in rebus inferioribus congruentiā,  
ut nunc ita dicam, cum superioribus, ideoque ad sacrificiorum efficacitatem conferre. Neque  
animata tantum id præstare, verum etiam inanimata, colores, figuras, numeros: veluti hexagona-  
rius numerus cum Sole congruit, in Crocodilo, in Cane rursus, & canici pite Simia. Quædam à natu-  
ra profectæ rationes, & vires, pari cum Luna temperatura deprehenduntur, ita demum colores, figu-  
ras, formasque omnes, cuiuspiam superiorum convenire, vel animalium membra singula, ut Gallior  
ad solares genios conciliandos efficacissimum.

## ANIMALIUM CURANDORUM CAUSA. CAP. XXII.

Animalia vero apud Ægyptios ideo, dicit Jamblichus, alebantur, quia dum conservarentur te-  
nerenturque, familiarem proprietatem ad deos auferent, vimque communionis inter homines  
deosque conservarent. Quare Mathematici super hoc multa tradiderunt, ac nostris quoque tem-  
poribus plerique non postremæ eruditionis viri, certis quibusdam siderum momentis imaginu-  
las huiusmodi signant afflatu captato, ut astri genii illius tutela, quibus se vel à genesi, vel à pro-  
fessione, vel etiam ab eventu aliquo commendatos credunt, fortunatiores simul ac beatores hant.

An propter  
alimoniam,  
sanitatem,  
damos, ve-  
stes focum  
chylacos &  
sapore.

Ad hoc Pli-  
nia 23. c. 8.  
A. Cellius  
lib. 5. c. 6.  
Propter o-  
leo semen-  
tum mem-  
brorum.

Legendi Ge-  
niales dies  
Alexan. ab  
Alexandro.

Quia credi-  
tu Ceres.

Sedenim omnia hæc irrita sunt: ac penitus summoventur, cum sanctissimum Christi nomen in om-  
nes huiusmodi delusiones opponitur: inde enim omne bonum, inde felicitas vera, & incassura  
beatitudo. Sed ut susceptum prosequamur negotium: in honore plantæ etiam fuerunt, ne legumi-  
na tantum, ex iis quæ terra nascerentur, cultu suscepta existimemus. Phœnices enim plantas divinis  
honoribus coluere, ut apud Eusebium, & castu aliquo avulsas terra, aut alio quopiam eventu inter-  
mortuas, miseratione, luctu & deploratione, ex patrio sacrorum ritu profecti sunt. Ad horum se-  
re imitationem non arborum tantum, verum herbarum atque florum observationes alias alia de cau-  
sa excogitavit terra Græcia, uti lauream pro triumphantibus, & iis qui immortalitate dignum ali-  
quid perpetrassent: quænam pro iis qui civem servassent, oleaginam & alia quædam pro Gymni-  
cis, de quibus multa passim Græci tradidere. Namque hi Pandoræ primum caput ponunt coronatum  
à Charitibus. Saturnum Pherecydes ante omnes coronatum ait. Jovem Diorus post evictos Tita-  
nos. Idem Priapo tœnias dat, & Ariadnæ fertum. Junoni vitem Callimachus, de quo alibi ex Ter-  
tulliano. Hercules nunc populum, nunc oleastrum, nunc apium capite præfert. Suam Apollo iau-  
ream, post Delphicum Draconem interfectum, de quo Pindarus, atque Callimachus. Liber hederam,  
cujus rei causam loco suo, ex Harpocratiōe recitavimus, quamvis idem India triumphata lauream  
tulit: namque is ut Saturninus, triumphatorum Deus habitus. Milites idem ait etiam myrto, quæ pro-  
pria Veneris est, coronari solitos, quamquam & olea, quæ Minervæ debetur in primis, redimi-  
ti aliquando processere. Prætereo castrenses, murales, & navales ex auro dari solitas, & quæ late ha-  
bentur apud Gellium, Suetonium, & alios, & quæ vulgatissima sunt de insignioribus, Græciæ cer-  
taminibus. Olympiis, Isthmicis, Argivis, & Pythiis, quorum præmia, oleaster, pinus, apium & ma-  
lum erant. Unde illud apud Max. Tirium: *Minimè fas est oleastro malove coronari, qui scum ipse de-  
ceret; ut victor præconio declareris, opus est amulo.* Sed ne videamur immemores Ægyptiorum, his pri-  
ma reperta spicas capite circumtulit, quod Leo scriptor Ægyptius tradit. Et ut nostrarum quoque  
literarum monumenta prosequamur. Eva omnium prima, diceret Tertullianus, pudenda sua foliis  
coronavit. Sed qui plura his petierit Claudii Saturnini librum quem de coronis edidit, inquirat,  
qui Tertulliano teste, & origines, & causas, & species, & solennitates earum ita differuit, ut nullam  
gratiam floris, nullam lætitiæ frondis, nullum cespitem aut palmitem non alicui capiti invenias  
consecratum.

## LEGES. CAP. XXIII.

Coronam ne  
canserit.

Ad coronarum demum hieroglyphica reversi, coronam dicimus legum indicium esse, propterea  
quod certis est vinculis complicata, quibus vita nostra veluti religata coeretur. Atque hæc D.  
Hierc.

A Hieronymi sententia est qui  $\sigma\epsilon\phi\alpha\nu\omicron\nu\ \mu\eta\ \delta\epsilon\epsilon\pi\epsilon\alpha\delta\epsilon$ , Pythagoræ symbolum interpretatur leges non esse dilacerandas, sed in vigore & incolumitate sua conservandas. Et quoniam sepes complicatione quadam ambituque certo coronis quodammodo similes habentur, eadem ratione factum, ut in Divinis literis ipsæ quoque sepes sint legum hieroglyphicum.

HILARITAS. CAP. XXIV.

Roseam tamen & florulentam præterire nolimus, quæ quidem corona hilaritatis erat indicium: veteres siquidem convivia celebrantes, ornare se coronis consueverunt, cuius rei principium à diademate simplici fuit: ut scilicet frontem fascia constringerent, quod institutum est salubritatis causa, ut tradit Athenæus, propterea quod convivorum mos sit, sese ad bibendum liberius invitare. Neigitur vinum æquo largius sumptum molestos ad caput vapores attolleret, experimento compererunt plurimum prodesse frontem ita colligare. Posteritas vero salubri huic invento decus & ornamentum adjecit, atque ideo fascias illas floribus pervestire cœperunt, quæ res procliviter admodum in effusissimum mox luxum evagata est.

CORNUA. CAP. XXV.

Quæ vero corona Regium est gestamen, eam à cornu dictam volunt, passimque in Divinis literis & cornu. Unde Moses cornuta pingitur facie, quæ radiata esse deberet. Divini enim Solis afflata lumine, radiis quibusdam igneis promicare videbatur, quem splendorem cum Israeliticus populus ferre non posset, precibus ab eo contendit, ut velata ad eos facie loqueretur. Coronæ porro Regiæ ex instituto veteri, radiorum referunt similitudinem, ut non temere olim institutum sit eas in Apollineo c. xxi. preciosis lapillis confici, qui splendore suo fulgentes caput universum radiis illustrarent: atque, ut in Cervo rem hanc totam latius explicavimus, vetusti numi, marmoreæ abeneæque Regum statux pleræque duodecim conspicuæ radiis ostenduntur. Hinc apud Virgilium Latinus rex fœderat inter Aneam & Turnum sancturus:

*Quadrifugo vehitur curru, cui tempora circum  
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,  
Solis avi specimen.*

MURI. CAP. XXVI.

ET frequentissimus authorum usus coronam pro muris urbium usurpavit. Pindarus Alcimedonti Olympiis,  $\sigma\tau\epsilon\phi\alpha\nu\omicron\nu\ \tau\omicron\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ , metaphorice ajunt interpretes mœnia: muri enim urbium tantam coronam sunt. Hinc Anacreon:

$\text{N}\nu\iota\ \delta\iota\ \delta\iota\sigma\tau\omicron\sigma\alpha\ \mu\upsilon\tau\iota\ \pi\acute{\omicron}\lambda\iota\sigma\tau\omicron\varsigma\ \sigma\tau\epsilon\phi\alpha\upsilon\sigma\ \delta\omicron\lambda\omega\lambda\epsilon\nu.$   
*Nunc dissipata sunt coronæ ab oppido.* Vel,  
*Urbis at iam iam periit corona.*

Quod vero coronas Regias non esse discernendas Pythagoram admonuisse dicebamus, sunt qui eodem argumento dictum existimant, quo ignem non esse gladio fodicandum edixit: quippe non esse ut quisquam principibus negotium faceret. Quod vero de regno dicebamus, per Cornu significari, cum id passim in Divinis literis habeatur, superfluum est iis diutius immorari, ut: *Exaltavit cornu Christi sui*, & quæ hujusmodi dicta sunt in Cervi commentario. Illud hieroglyphicum ante omnia videtur, quod apud Ezechielem Cherubim humano primum capite pingitur, eoque quatuor cornibus bubulis insigni, humeris inde alatis, & pectore leonino, qua in specie Theologi nostri, ut apud Hierosolymitanum Hesyehium legere est, insigniores virtutes quatuor, per totidem vituli cornua intelligunt. Humana quippe facies sapientiam indicat, quam Philosophi aliquot Prudentiam dixerunt, sed sublimius atque divinius quid in Sapientiæ nomine, Leoninam nimirum fortitudinem. Per partem eam, quæ vitulum exscribit, justitiam interpretantur, de qua nonnulla in Bovis commentario. Aquilæ species castitatem præ se fert, quæ sublimi volatu in cœlum sese erigit: nam Joannes, qui omnino Aquila est, scriptorum omnium consensu intaminata fuisse castitate perhibetur. Animadvertendum tamen est in Hesyehiano codice vulgato desiderari quædam, & perperam esse positum, *In persona Leonis sapientia*, nulla de persona hominis facta mentione.

*Alii à Graecis vocant, non eam quam quædam erant, in eorum vel cervicem effero. Moyses cornuta facie depictus. An. lib. 12.*

*Cherubin in Ezechiele.*

**J**am quod alibi per cornua vires significari diximus, antiquum insuper dicitur est, *quod vire in*  
*populo negat exire*, olim putassem te habuisse cornua, cum quis fortis antea habitus, spem mox  
 per ignaviam fefellisset. Et Horat. de Baccho: *En addis cornua pauperi. Quem secutus Ovidius ait:*  
*Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit.*  
 Alibi vero super eodem dixerat: *In pralia tradit inermem.* Et Dialectici syllogismi speciem, *Dilemma*  
 dictum, quod hinc & inde feriat, *Cornutum* appellant,  
 Ad verbum  
 ab Erasmo,  
 Cbil. 3. cent.  
 3. prob. 12.  
 L. 2. carm.  
 O le 16.  
 Tamquam  
 in expu-  
 gnabile. In-  
 didem.

## DE SCEPTRO. CAP. XXVIII.

**S**ceptum Regium diademati & coronæ addere res ipsamet postulat, de quo tamen toto opere, in  
 variis imaginibus insigne apud hos vel illos haberi solitum, pro loco, & signo, quod occurreret,  
 multa differuimus: nunc vero super eo quædam generatim differenda sunt.

## REGNUM. CAP. XXIX.

**A**ptissime quidem sceptrum sive virgam, hieroglyphicum esse regni, illud in Divinis literis o-  
 stendit, quod sceptrum de manu Judæ non auferendum pollicetur Dominus, donec veniret qui  
 mittendus erat. Regium quippe nomen in Judæis tamdiu duraturum dum veniret Christus. Nam  
 & Psal. *Virga regni tui habetur*, & hujusmodi multa passim. Ponunt vero Theologi differentiam in-  
 ter virgam & baculum, quod virga in Divinis literis plerisque locis sit castigationis, correctionis, &  
 disciplina signum, ut virga æquitatis, baculus consolationis, auxilii, sustentationisque, ut eo loco:  
*Virga tua & baculus tuus ipsa me consolamur.* Pro sustentaculo, Thob. *Baculum senectutis mea.* Lati-  
 ni in hujusmodi significatum scipionem protulere. Invenitur & pro defensione, ut de Cleome-  
 Atheniensium duce fertur, qui cum propter omnium in se odium effectus esset infans, baculo se  
 adversus insultantes muniverit.  
 Virga &  
 baculi dif-  
 ferentia.  
 Fossia col-  
 latio Anti-  
 sthenis Vir-  
 ga Homeri-  
 ca & Palla-  
 da cum suo  
 baculo.

## DE TORQUIBUS ET PHALERIS. CAP. XXX.

**S**ubsecutus hinc sermo est de torquibus, phaleris, armillis, quæ præmia fuisse militaris virtutis  
 Plinius, Gellius, & quidam alii tradiderunt, quippe Scinium Dentatum donatum torquibus ter &  
 sexagies, phaleris vicies quinquies.

## VIRTUS SOLIDA. CAP. XXXI.

**T**orquem aureum solidæ virtutis præmium fuisse traditum est à Vegetio, quem qui merisset,  
 præter laudem duplas consequeretur annonas. Species torquium in marmore incisas Britæ  
 videris cum inscriptione hujusmodi.

L. ANTONIUS L. F. FAB.  
 QUADRATUS DONATUS TORQUIBUS  
 ET ARMILLIS AB I. CÆSARE  
 BIS.  
 LEX. XX.

Bini enim hinc, & inde alteri torques cum literis, quæ vigesima eum legionis fuisse declarant: inde  
 duo signa militaria quadrata, ad cognomentum ejus exprimendum, aut forte legionis nomen. Et  
 species quædam candelabri in tridentis modum figurati, in medio sita, de quibus in Armis.

## OPERA LAUDABILIA. CAP. XXXII.

**T**orquis quidem significatum aperuit Vegetius, de armillis nihil meminit, eas laudabilium ope-  
 rum præmium esse indicat Adamantius, dum in ea Ezechielis verba: *Et imposui tibi armilla*

A circa manus tuas paraphrasim hujusmodi subiungit: Cum mihi dederit Deus occasionem bonorum operum armillas circumdat manibus meis. Diffundebantur ad posteros gestamina hæc, quo minores ad imitandas majorum suorum virtutes invitarentur. Hinc apud Tranquillum legas, C. Caligulam vetera familiarum insignia nobilissimo cuique adempisse, Torquato torquem, Cincinnato crinem, Pompejo Magni cognomen,

ARMILLÆ. CAP. XXXIII.

Armilla non humeris tantum decus afferebant, verum & brachia decorabant. Es vero ita dictas volunt veteres etymologici, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant, inde arma, quacunque ab illis dependent, vel iis alligata sustinentur. De armillarum donis habetur apud Livium X. ab Urbe cond. post victoriam è Samnitibus ad Aquiloniam, à Papyrio quippe Sp. Nautium, Sp. Papyrium fratris F. & quatuor centuriones manipulumque hastatorum armillis aureisque coronis donatos. Idem ibi centuriones, militesque atque equites, corniculis armillisque argenteis donat. Et Decius Tribunus observatum ex obfisione præsidium Romanum, dissipataq; Samnitium castra, aurea corona ab A. Cornelio Cossio donatus. Aurea vero corona erat quæ castrensis, ex auro quippe in valli speciem fabricata, quæ dabatur ei, qui hostium castra pugnando primus introisset.

Unde Præfatus est etiam brachialia vocat, Armillæ etymon, & dona.

DE ADAMANTE. CAP. XXXIV.

Hinc sermonem transtulimus ad Adamantem, quo super multa vitro citroque dicta sunt, duritiam ea quæ passim prædicantur, quæque lætione laboreque tuis super acquiseras, commemorares. Verum ea, quæ tu meministi, quæque tu opte studio consecutus es, hic repetere superfluum judicavi, quare ea tantum, quæ paucissima illis ego addideram, recensebo.

Nempe ex particula præfata, & dicitur, domo quod indomitus.


FORTITUDO. CAP. XXXV.

Non temere scilicet Adamantem pro fortitudine proponi, cui robur indomitum visque insuperabilis, nomen merito fecisset: quippe qui lima, scalpro, & malleo duritia inenarrabili resistat, quodque omnium maxime admirandum est, contra etiam ignis violentiam incolumis lapillus evadit, neque calore quidem admisso: unde Græci ex ipso nomine à re imposito, gemmam indomitam intelligi voluere. Per hanc vero eam fortitudinis virtus ostentatur, qua quis ea, quæ adversa acciderint ferendo pervincat, secundis nihil quicquam immutetur, atque, ut apud Horatium est, rebus angustis animosus atque fortis appareat, idemque vento secundissimo turgentia vela contrahere sapientia duce didicerit. Quinetiam id insitum divinitus habere fertur Adamas, ut mentem animumque gestantis vano metu liberet, ut superba etiam fortunæ responsare suadeat.

Ab Horatii i. epistola, sic Hieremie cap. 17. peccatum Juda scriptum est, stilo ferro, in ungue Adamantia Virg. 6. Æn. Cur Adamas dicitur Pluto.

INEXPUGNABILIS. CAP. XXXVI.

Transit & in communem locum significatum hujusmodi, ut tam de animi fortitudine, quæ virtus sit, hoc est, honesti justique causa concepta, quam etiam de obturata aliqua mentis destinatione, quæ nulla queat ratione loco dimoveri, possit intelligi, eaque de causa Ditis pectora Adamantina fingi, & apud inferos solido ex Adamante portæ & columnas esse, atque ita demum omnia dura & implacabilia, ejus lapilli elogio significari. Adamanta quidem Plutonem Theocritus manifeste nuncupavit Pharmaceutria:



hunc

Ἐὐδὴ ἀγρὺν καὶ ἴσχυρα κινῆσαι π' ἀδάμαντα. Propterea enim dictum hoc nomine ajunt interpretes, quod durus sit & inexorabilis: ajunt enim hoc eam particulam intentionis esse, atque ita Plutonem mirum in

hunc modum in exorabilem exponunt. Sed ut ad eam partem quæ virtutis est, redeamus, quæ scilicet Adamantius ubi causam quærit, cur corpus etiam Jobis viri justii pique, Deus in potestatem demoni concesserit affigendum, comparationem ab eo desumi, qui boni Adamantis dominus, cum cuius periculis omnibus concedat explorandum, dicatque: *Tolle, proba, experire, tormentum, omnibus examina, sic omnium Cognitor atque præsciis, qui optime nosset Jobem Adamantem inviolabilem, potestati diabolo eum dedit in potestatem, sibi quidem satis conscius Jobem verum Adamantem esse. Mox illa de Christo subjecit: Sic namque singularis ille & divinus, cælestis atque incorruptibilis Adamas, in genitum Deum à Patre ad terras missus de quo dicit Deus Pater: Ecce ego ponam Adamantem in medio populi mei, quem neque ignis tentationi in deserto comminuet, quem ietus verbera, plagæque, impiorum in cruce non atterent comminuentve, quem neque sepultum, neque, descensus ad inferos vel minimum violare poterunt; sed enim omnia superabit, sequi divinum & incorruptibilem probabit Adamantem.* Et ne quis fabulosa puiet, quæ de hircino sanguine, cui rerum uni cedat Adamas, memoriæ produntur, memoratû digna sunt, quæ super hoc D. Cyprianus libro de duplici martyrio disserit, cum efferas, nationes quas Romani nunquam frangere vel domare petuerint, Christi sanguine indicat emollitas. *Quæ natura raris scrutantur, ait, narrant Adamantem nulli ebalybis durissimæ edentem, hircinæ sanguine maceratum, illam mox malleorum distillare. Nullus autem Adamas cor de saxo peccatorum durior. Hoc igitur cor ferretum, cor saxum, cor plusquam Adamantinum emollit sanguis Christi.*

## LITATIO. CAP. XXXVII.

*P. Dionisii summi sacerdotis, in quo medius Adamas.*

IN Hebræorum sacris Adamas litationis signum habebatur, quia quæ foret summi numinis de mortalium rebus sententia, manifestabat. Gestabat enim eorum Pontifex ornamentum quoddam ante pectus opere pulcherrimo elaboratum ex auro, non ultra palmi magnitudinem, in cuius medio veluti stella quædam aurea, elucescebat, duo utrimque Smaragdi, quorum unus tribus sex, totidem alter è XIX. Israeliticis insigniti erant. Inter Smaragdus medius Adamas erat. Sacerdos igitur Deum de re quapiam consulturus precibus rite prolati, supinis in cælum manibus porrectis, oculos in id operis conjiciebat, deque proposita re Deum interrogabat: qui si prospera secundaque polliceretur, Adamas ardentissimo splendore promicabat, radiisque fulgentissimis coruscare quodammodo videbatur. Sin autem ex voto nihil promittebatur, lapillus nihil quicquam immutatus, sua se specie continebat. At si Deus populum cædi destinasset, sanguineus apparebat. Si mors cuiquam impendebat, nigro obfucari conspiciebatur, idque gestaminis Ephubus illi appellabant, de quo tota sacra historia plurima. Sedenim & genus vestis sacerdotalis erat Ephud, quæ aliter Superindumentum, vel Superhumerales appellatur, cujus vestimenti duo erant genera: unum lineum simplex, quod sacerdotes habebant, alterum diversis coloribus, ex auro, purpura, & bysso hyacinthino gemmisque suprapositis ornatum, quo soli Pontifices utebantur. Logium quoque inter ornamenta Pontificia celebre, nostri Rationale appellitarunt, de cuius significato alio commentario diximus, contenti hic formam ejus ex Eucherio prodere. Erat vero pannus exiguus, ex gemmis & auro coloribusque variis, qui superhumerali contra pectus pontificis adnectebatur.

## SAPPHIRUS.

## IMPERIUM AUT SUMMUM SACERDOTIUM.

## CAP. XXXVIII.

*A Jobe regnum à Saturno sacerdotium.*

Sapphirus & apud veteres & apud juniores, omni ætate, magna semper in celebritate fuit: siquidem per eum imperium, aut summum sacerdotium significari manifestum est. Causam nominis illi eam comminiscuntur: quod lapillus is cælitus à Jove & à Saturno vim quandam contrahat, ut ad ejusmodi eventa viam præparet, & faciliora hæc affertantibus omnia reddat: ita ab Jove regnum, ab Saturno sacerdotium impetrari. Sedenim pietas nostra sanctiora patrum documenta prosequens, Sapphirum in similitudinem Throni figuratum apud Ezechielem agnoscit, idque Dei

A Opt. Max. sedem significare contendit. Eucherius hinc cœlestes formas, ipsosque Angelos intelligit, ita per serenum cœlum electorum conventus ostendi dicit. Neque dissimilia Hefychius super tunica coloris hyacinthini.

## COELUM DECIMUM. CAP. XXXIX.

Species tamen ea Sapphiri throni, ut ab Isaache Philosopho explicatur, decimum cœlorum orbem designat, Empireum ab aliis vocitatum: ex colore siquidem sapphiri nitorem intelligunt illius lucis, quæ omnem supereminet lucem. Throni vero similitudo immobilitatem ejus indicat, siquidem orbis ille fixus manens, & quietus esse perhibetur. In Divinis sane literis legere est, *Intuebuntur pii, quæ sub pedibus Dei sunt, quasi opus lapidis sapphiri.* Quinetiam profana religionis auctores Jovem in throno statuebant, quod firmæ apud eum perennitatis indicium esset.

*Qui stabilis cum permaneat, dat cuncta moveri.*

## SMARAGDUS.

## VIRGINITAS. CAP. XL.

Sunt qui perpetuo claroque Smaragdi virore considerato, signum id esse virginitatis velint, idque in super argumento addunt, in patrandæ re Venereæ, quod experimento compertum est, si quis lapidem attingat, eum sponte frangi. Cæterum Astronomi Smaragdum Veneri cœlesti dedicarunt, & ad impetrandum ejus numinis afflatum perquam idoneum esse profitentur. Nihil autem cœlitus non undecumque purum, honestum, & candidum, mortalium animis, si Platoni & veritati credimus, inspiratur.

## JASPI S.

## GRATIA. CAP. XLI.

Jaspidem pro gratia poni auctores tradunt. Sumptum ab ejus vi, quod mortalibus persuasum est, est gemmam eam hominum gratiam conciliare erga gestantem. Unde non otiose dictum à Virgilio *Jaspidem* volunt,

*Illi stellatus Jaspide fulva  
Ensis erat:*

*Æneid. l. 4.*

quo præcipue tempore Didus gratia expetebatur, cujus amore detentus,

*Æneid. l. 1.*

*Carthaginis fundabat arces, ac tecta novabat.*

## VENUSTAS. CAP. XLII.

Sunt qui gemmas omnes in ornatu Veneri deberi putent, quod scilicet eam maxime comptam esse deceat, & deliciis omnibus affluentem. Operæ pretium vero est apud Tertullianum legere, *Gemmae quæ de morosa gemmarum cura dixerit, dum nostras miseratur ineptias, qui tam anxie in re tam inani occupemur. Tarde (ait) terentur ut nitent, subdole substruuntur ut floreat, anxie formantur utri debentur.* pendant, & alia in hanc sententiam. Uniones tamen cum ad ornatum præcipue comparentur, venustatis significatum sibi ante alias usurparunt: lapilli enim reliqui non de pulchritudine tantum, sed de dotibus etiam aliis censentur: in unione nitor & lævor tantum expetitur. Quod vero fuerint, qui eos etiam devorare magnificum existimarint, id improbitati potius, quam ulli sit liberalitatis splendori tribuendum. Divinæ literæ per hieroglyphicum margariti, præmium ostentant, quod recte *Ut Cleopatra unio libi facientibus offertur.* Evangelista: *Invento autem uno pretioso margarito abiit, & vendidit omnia, quæ quesierat.* habuit, ut id emeret.

## UNIONES.

## LACHRYMÆ. CAP. XLIII.

Illud magis receptum, unionem esse lachrymarum indicium, sumptum quidem à Conjectoribus, qui visos in fomnis uniones lachrymarum profluvium portendere tradiderunt: ajunt enim

Uuu

δὴλῶν

δηλασι μαεγαλει δακρυων ροοι, ut apud Suidam est, Artemidorum, & alios : cuiusmodi somnium cum nobis aliquando contigisset, resque postmodum subsecuta esset, ita cecinimus :

Visus eram niveos manibus tractare lapillos,  
Unio in his, letis gemma inimica viris.

A M E T H Y S T U S.

SOBRIETAS. CAP. XLIV.

**A**μethystus. **N**equē desunt qui Amethystum pro sobrietate poni dicant, quod eiusmodi lapidem contra ebrietatem stare compertum est : non enim vino tentari potest, qui eum gestet, in quo praeter nomen, quod ejus est significationis, nihil certi habeo, plerisque tamen, qualemcumque sit, commentum placet.

particula privativa, & μειψης ebrietas, vel quod ad colorem vini accedat.

D E P E C T I N E. CAP. XLV.

**E**Ram hic finem facturus, cum tu ut prosequererita hortatus es : *Mulierem nobilem gemmis aliquot ornavimus, sed ea nisi caput comperit, parum profecerimus : addamus igitur & pectinem, & speculum, ut si qua eo uti velit, non aliunde quistum ear.* Subjeci ego.

V E N U S. CAP. XLVI.

**V**eneri quidem praecipue sacer est pecten, ejusque Dea statua cum pectine aliquando Romae dicata est : soluto quippe voto, quod mulieres Romanae voverant, comis propter insuperabilem pruriginis ardorem abrais : quo quidem incommodo atque cruciatu liberata, statuum hujusmodi Veneri erexere, quae comas restitueret. Eandem etiam barbaram statuerunt, quod utroque sexu praedita sit Venus, quam e lumbis ad superiora, marem, ad inferiora, feminam esse dicebant. Atque huc spectat Maronianum illud, *Discedo a ducente Deo*, quamvis non contemnendi auctores utrumque sexum diis attribuant. Sed super hoc alibi. Sane quod ad pectinem attinet, Nalaeum Cytheriacum dixit :

Sape Cytheriaco deducit pectine cyrenas.

Propria muliebris cura Vanitas, quae tunc Tevent, in Eunuch. Dum comuntur annus est. Anecd. l. 2.

Metamorph. ubi de Salmaci. Ea enim propria est muliebris cura vanitas, ut in comendo ornandoque capillo, studium omne suum exerceant. Quare in numismatis videas Faustinae caput multis & diversis capillorum concinnitatibus saepe variatum. Sane Seleucus merito duodecim eos versus sustulit, quibus Hesiodus inducit Palladem Theogonia Pandora fatigentem, comendo eam & ornando : indignum ratus sapientiae deam tanto studio circa muliebris ornatus curam occupari. Versus illi XII. hi sunt :

Ζῶσε ἢ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις ἀθηνῆ, δρυοπέει ἐοδῆτι, καὶ κρηθεν ἢ καλοπῆλεω δαιδαλέω χεῖρεσσι καλτέχετο, θυῦμα ἰδέσθω, ἀμφὶ δὲ οἱ τεφάνης νεοθηλαίαι ἀοχνοί ποίνης ἰμερτίδης περὶ θηκε καρήνην πυλάας ἀθηνῆς ἀμφὶ δέ οἱ τεφάνω χερσὶν κεφαλῇ φινέθηκε, τῶν αὐτῶν ποίνης περικλυτῶ ἀμφιγυήεις ἀσκήσας πυλάμην χαρίζομην, δι πικρῆ, τῆ δὲ ἐνὶ δαιδαλα ποδῶν πικραθῶ, θαῦμα ἰδέσθω, κινώδαλα δὲσ ἠπειρεσ ἀνατρέφει, ἢ ἢ ἡλιασοσα. τῶν ὄγο ποδῶν ἐπέθηκε, χάρεις δὲ ἀπελάμπετο ποδῶν θαυμασίη, ζωοῖσιν ἐοικότω φωνήεσσιν.  
Cinxit vero & adornavit Dea caesis oculis Minerva, Candida veste : à capite vero calyptram Ingeniose satillam manibus decinebat, mirum visu.

Circum



Circam vero ei sermō florentis ē floribus herba,  
 Optata imposuit capiti Pallas Minerva,  
 Circumque ei coronam auream caput posuit,  
 Quam ipse fecerat inclytus Vulcanus,  
 Elaborans manibus, gratificans Jovi Patri.  
 In hac artificiosa multa celata erant, mira visu,  
 Animantia quaecumque continens alit atque mare,  
 Ex illis hic multa indidit, gratia vero resplendebat magna,  
 Mirabilia, animantibus similia vocalibus.

## DE SPECULO.

## EXPLORATIO. CAP. XLVII.

Sunt autem qui speculum explorationis signum esse velint: propterea quod & nœvi, & rugæ, & u-

Unde spe-  
 culari pro  
 explorare.

## FALSUM. CAP. XLVIII.

Sedenim, sapientius illi rem expendisse mihi videntur, qui falsum ex speculo significari tradiderunt, in quo scilicet quamvis similitudo quædam appareat, eo tamen falsa est, quod in speculo, quæ læva sunt, dextera: quæ dextera, læva referantur, atque ita veritati fucus fiat.

## HYMNI S. CAP. XLIX.

Alioqui speculum Pindaro est hymnus, in quo scilicet res præclare gestas, virtutesque cuiuspiam celebres possimus intueri.

JOANNIS PIERII VALERIANI  
HIEROGLYPHICORUM

## LIBER XLII.

DE IIS QUÆ PER ARMA  
SIGNIFICANTUR.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD ILLUSTRIS. PRINCIPEM D. NICOLAUM RODIVILLUM OLICÆ ET  
 NESUESII DUCEM, PALATINUM VILENENSEM, AC MAGNI DUCATUS LITUANIÆ  
 SUMMUM MARESCALCUM ET ARCHICANCELLARIUM, BRESFENSEM,  
 SAULENSEM, BORISSOVIENSEMQUE  
 CAPITANEUM.

Um jam varios commentarios diversis misissem amicis, dedissemque operam ut argumenti ratio  
 unicuique non inconveniens esset, diligenter discipiendum mihi putavi, cui nam hanc nostram de  
 Armis elucubratiunculam inscriberem. Verum cum arma acrimittenda viro non ignorem: tu  
 certe Nicolæ Rodiville magnanime Princeps, animo statim obversabare meo, teque unum è multis  
 delegi, in cuius patrocinio ac tutela, noster qualis is cumque esset in hac re insumptus labor, conquiscere  
 deberet. Nam cum multa sese offerrent causa, quæ quemvis ad te vel amandum, vel suscipiendum allicere  
 possint, ut animi tui celsitudo cum summa conjuncta clementia & moderatioue, ingenium facile &  
 apertum

U u u 2